

P R I M A tabula uterum masculino fœtu turgidum, in anteriori ipsius fide una longæ
et altera transuersa sectione diuisimus, uteri fundi tunicarum partes in latera, atque adeo ab ex-
timo fœtus inuolucro diducentes.

A, B, C, D Interna superficies uteri, quæ ante sectionem fœtus inuolucris obducebatur.

E, E Exterior uteri superficies, atque elatus E uteri apicem seu angulum dextrum notat, sursum
dexter sumū magis quam sinist̄, quod hic masculus utero geratur, exporrectum.

F Primum extimum uefœtus inuolucrum.

G, G Secundum fœtus inuolucrum hic quoq; magna ex parte uisitetur.

H Vteri cervicis pars, cui in altero latere venam et arteriam adnatam reliquimus, quæ in humi-
lorem uteri fundi sedem potissimum dispensatur.

I Dexter uteri testis hic quoq; ut ipsius in grauidis stitu uideatur, adhuc relictus.

S E C U N D A tabula fœtus inuolucra illacerata ex utero dempta componens.

K Extimum fœtus inuolucrum.

L, L Secundum fœtus inuolucrum: quod quum pellucidum membranæ modō sit, in ipso complexū cum
tertio inuolucro fœtum nonnullum conficiunt.

T E R T I A tabula extimum fœtus inuolucrum, et secundum longæ sectione diuisimus,
ac utraque tertio inuolucro seducta, hic unde cum tertio inuolucro adhuc integrō expressimus.

M, M Tertium intimum uefœtus inuolucrum: quod quia egregie pellucidum est, fœtum nonnihil
ex situ ostendit, quo is in ipso iacet.

N Venarum arteriarumq; series ex primo fœtus inuolucro umbilicum petens.

O, P, O, P Secundum fœtus inuolucrum: atque O et O internam ipsius indicant superficiem, P uero
et P externam.

Q, R Primum fœtus inuolucrum: atque Q externam notat superficiem, R autem internam. Vaso-
rum autem per tertium et secundum inuolucrum series, etiam citra notarum opem prompte de-
gnoscitur.

V A R T A tabula fœtum omnibus suis tunicis liberum, itaq; iacentem exprimit,

quemadmodum in utero magna Naturæ prouidentia secus quam Anatomicorum vulgus arbit-
rat, in omni media figura locatur. Falsissimum namque est, quod ita conglobatus, aut ut sic di-
cam, sphæricus iaceat, ut genitus factus contingat, itaq; in extrema prorsus figura reperiatur.

in ſibunc uterum ipsius ſitum obſerueris, nullus proſus articuli motum magis innuenies me-
diun minus ue laborioſum, atq; is est quem modo ſinguli obtinet articuli. Ceterum in hac figure

M, M, N, O, P, O, P, Q, ac R idem notat quod tertiat tabula: nisi quod M et M

S, internam superficiem inſinuant tertij seu intimi inuolucri, S autem hic priuatim indicatur uaso

rum umbilici progreſſus, qui inter umbilicum et uaforum cum tertio inuolucro connexum habe-
tur, quiq; longo dicitur intervallo, nondi aliquot interdum, aut ut uterū dicam, uaricosi tube-

ribus donatus, è quorū numero obſertrices ridiculè futuram adhuc proliti copiam praefagiunt,

etiam quum hunc progreſſum (ut interdum fit) collo obductum cernunt: addentes illam quam fu-
ſcipiunt prolem, ſuffendio necandam. Eiusmodi nang; permulta, ſi unquam albi mulieres, quam

parturientibus adſtant, et non niſi magnis precibus nos admittunt in me-

dium, et potissimum apud Italas bene peritas, efficiunt.

QVINTI LIBRI FIGVRARVM, ET IPSARVM
characterum Indicium finis.

82 HOMINEM

ANDREAE VESALII BRUXELLENSIS
HOMINEM NECESSARIO CORRUPTIONI
 obnoxium mortalem esse: quo autem diutius uiueret augereturq; instrumentis ipsum equis
 multifariam nutritioni famulantibus, ac demum que instrumenta nutritioni cir-
 cacibos potusq; uersanti priuatim sint extructa. Caput I.

Generationis
 nostre princi-
 pia.



Corruptionis
 homini conser-
 vatione necis-
 tatis.
 Nutritionis
 necessitatis.

Instrumento
 triplex nu-
 tritionis subfor-
 mentis ne-
 cessitatis.

V A N D O Q V I D E M corporis humani generatio-
 nis primordia, & eorum quibus id constitutur mate-
 ria, hominem fieri immortalem prohibuerit, retum
 auctor Deus, ut ille quamdiu similem uiua, nec aliqui-
 do species ipsius dehiciat, sed semper immortalis per-
 ueret, sollicitè machinatus est. Sanguis enim metuitus
 semenq; genitale generationis nostræ sunt principia: ille ceu materia quædam apta concinnâ, & somni
 ad quidvis sequax: hoc opificis rationem obtinens,
 Constat autem horum utrumq; ex ipsis genere ele-
 mentis, aqua, terra, igni, & aëre, quamvis interim ma-
 tuò temperamenti mensura uariant, siquidem in sem-
 ine plus est ignis substantia atq; aërea, in sanguine
 que terreæq; quanquam preponat in hoc quoq;
 & calidum frigido, & humidum secco. Eoq; fit, ut non siccus in faro pilo, aut ossis, sed humidus
 merito dicatur. At semen sanguine siccus est, ceterum ipsum etiam humidum fluxileq;
 fensitur. Atq; ita nobis utrinque ex humida substantia genitare origo succedit, quam tamen
 humidam seruari non licet, si modò ex ea uena, arteria, neru, membrana, ligamenta, carti-
 lagines, ossa, & id genus alia fieri debeant. Ergo mox in generationis initio coniunctum
 copiosius oportuit elementum, quod fissandi facultate polleret: et uero id natura quidemna
 xime ignis, sed tamen & terra. Verum huius plus miseri principijs non oportebat, si modo hęc
 humida erant futura. Ignis igitur in utroq; principio tantum admixtum est, quantum non tor-
 tens abunde siccet. Ab hoc itaq; primum cogitur, paulumq; concrevit quod in utero conce-
 ptum est: mox siccum, ueluti lineaem quædam & rudimenta cuiuscum membra
 adipiscitur. Vlterius uero etiam siccescens, non lineaem rudimenta ue folium, sed & cuicunque
 membra exactam speciem exprimit. Iam uero in lucem editum, magnitudine proficit, & siccus
 ualentiusq; tantisper efficitur, donec ad summum pertingat incrementum. Tum uero & incre-
 mentum omne siccatur, ossibus nimis ipsis per siccitatem non ultra sequacibus, & uala fan-
 guinis ac spiritus amplissima sunt: cuncta denique membra non solum robusta quadrunt, sed
 etiam uires suas summas obtinent. Subsequunt autem tempore, omnibus iam partibus supra
 iustum siccetibus, non solum cuiuscum officium minus probè administratur, sed etiam cor
 pus ipsum macilenter graciliusq; quam erat antea, redditur: ac proinde ultra siccatur, non ma-
 cilientius modò, sed & rugosum quadrunt. Siccatis itaq; excessus homini, ut omni genito corpo-
 ri, corrupte interitusq; connata est necissitas. Cui altera accedit, quæ etiam in animalibus pug-
 cipue obseruatur, totius nimis substantiae fluor, ab initio calore excitatus. Quum igitur to-
 ta hominis moles in perpetuo fluore sit, quumq; uiri altera similis substantia in defluere locum
 accederet, uniuera ilico euaporata dissiparet, summus serum. Opifex non homini duntaxat
 ceteris animalibus, uero etiam stirpibus infinita quasdam uires deficiens ac desideratum lem
 per appetentes, ab initio statim indidit. Non enim lugere, uesci, bibere, aut respirare à quoq;
 discimus usquam, sed statim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia circa do-
 centem perficiant: & cibo quicquid siccioris substantie effluxit restituimus, potionc quicquid
 humidius, atq; ita ad pristinam commenfitur: ambo reducimus. Sic uero & aërea ignisq;
 substantia modum, respiratu arteriarumq; pulsu tuemur. Ceterum quum id quod singulis
 partibus defluit, tale natura fit, qualis ipsa est particula, nihil autem eorum quæ bibuntur edun-
 tur uero, aut inspirantur, eiusmodi proflus occurrat, necesse fuit animanti, ea primùm affluere,
 deinde emutare & concoquere, ac quam maximè liceat, corpori alendo restituendo similia el-
 ficere, ac demum recrementa quæ necessaria has emutations subfequuntur expellere. Atque
 hoc potissimum occasione Natura nutritionis instrumenta in corpore triplicia insituit: quæ
 dam prima ratione ad id quod affluitur concipiendum elaborandumq;, & in totum corpus
 deferendum. alia secunda, quæ excrementorum sunt receptacula. Reliquas partes ratione ter-
 tia, quæ horum excretionibus mittendis, & ne intempeste profluant cohibendis, suoq; tem-
 pore

pore expellendis subseruant. Porro partes aeri affumendo, confiando, deferendo, ipsiſque recrementis ex concoctione succedentibus expellendis, à Natura conditas, sequens liber persequetur, cordi omnibusq; respirationis organis dedicandus. Præsens uero cibis ac potus instrumentis, & denum generationi subministrantibus organis propter fedis uiciniā nēxum que conferratur. Ex ore itaq; per stomachum cibus & potus in ventriculum, uelut in communem quandam officinam seu promptuarium affumuntur, quod omnia quæ amplectuntur cogit, confundit, & concoquit, concoctum in intestina protrudit, ex quibus quod cocti illius lucidius est, sanguinisq; efficiendo conuenienter, una cum humidiōri huīus concoctionis recremento uene portae rami exugunt, id ecoris cauo deferentes. Recrementum uero fictius ac suetio ni ineptrit, intestina postmodum depellunt, & hominis arbitratu laxante sc̄d orbiculari podiis musculo, ac abdominis musculis, simul accedente etiam septi transuersi officio compressis, excernunt. Ipsū autem ecur postquam id nutrimentum admisit, ei extremit̄ adiicit ornamen tum ad sanguinis perfecti generationem necesse, duplice (quod in omni fit concoctione) recremento id expurgans: flaua scilicet bile, ceu recremento tenuiori & leuiori: deinde atro bilio, fo succo ceu lotolo, terretri & craftiori. Illud quidem in bile uesciculae meatus transmissum, in ipsam uesciculam refluit, à qua rursus in intestina excretum cum durioribus fecibus egeritur. At hoc, uti arbitramur, per portae uenae ramos ad lumen nutritionem transmittitur: quiequid uero si conficeret ac in familiare nutrimentum libi adaptare nequid, id in ventriculum erat, postmodum cum intestinorum excrements subducendum. Ergo qui in iecore ad hominis nutritionem preparatur fucus, illa duo recrementa deponens, & eam ecoris substantia insiti caloris beneficio concoctionem acquirens, ruber iam ac purus ex arteriis maximè frequenteribus uenae portae rami per ecoris substantiam diffusis, ad gibbam ecoris partem in caue uenae propagines similitudinibus angustissimasq; confundit, tenui adhuc aquo loq; recremento, quod ex intestinis cum optima fucci in ventriculo confecti portione exugebatur, conformatum, atque eius aquos recrementi tanquam uiciliū cutis dampnum auxilio arteriis maximi operas percepit. Quum uero sanguis eos superauerit angiportus, renes recrementum hoc ad te fedulō allicunt, illoq; sanguinem purgant, id per urinarios meatus in uescicam huius conceptaculum depellentes, à qua rursus opportuno tempore relaxato uescice cerutis musculo, excrementum illud seu urina è corpore redditur. Sanguis autem per uenam cauam copiosissima ramorum serie propagat, ad omnes corporis partes deducitur, & quod in ipsis singulis partibus familiare ac idoneum est, illae fibi attrahunt, assimilant, & apponunt: duplexq; quod illa in concoctione configurit recrementum, à se per proprios ductus excludunt. Ita quidem obiter de cibi potusq; instrumentis dicta sufficiant. Quanta uero sapientia haec rerum Opifex creaverit, eo ordine persequar, quo ipsa nutritioni famulari commemoratum est. A peritoneo autem opportunitate sermonis statuetur initium, quod id horum organorum communis in uolucrum.

DE PERITO NÆO. Caput II.

PERITONÆO ostendendo pleriq; conductunt figure, & potissimum prima, id integrum anteriore externâ facie proponens. Secunda autem anteriorem ipsius partem interiori sed ostendit. Posteriorē uero illæ figure imprimis intus referunt, quæ ex ipso plura organa gerunt diffusa, ut ex integroribus figuris posterioribus.



ATINI peritonæi (quod abdominis membranam aliqui nuncupant) Peritoneo
membranam uocem à Græcis mutuant, illis namq; quod circum datur peritoneum, peritoneum membranam appellatur. Neque ita absolute tantum, uerum à nonnullis haec tota appellatio induit, peritoneo membranam, nomine uidelicet à substantia ipsius ductio. à nonnullis haec peritoneo membranam, sunt etiam qui peritoneo membranam ipsum paritione appellant, ab utu feliciter quo inuolueri modo omnibus propodemum quæ hoc quinto libro prolequemur, organis obducitur. Arabes communi membranarum nomine ziphac & zimphac & chamele peculiariter id nominant. Verum in illorum interpretum libris, & apud nostræ artatis manuales medicos, quem deabdomine suendo, & aqua in ijs qui hydrope laborant educenda, & ramicum curationibus pertractat, nominum occurunt myriades: panniculus rotundus, alberitren, alberitiron. Deinde absque articulo al, quem suis nominibus Arabes secundum loci exigentiam non mutato nominis significato præponunt, Beriteron, Berbetinen, eiusque generis

s 3 permulta.

*Peritonaeum
in tunicarum
partium nume-
ro.* permulta. Peritonaeum itaq; ex simplicium & primorum corporum, quæ similia etiam nun-
cupare solamus, numero censetur. Membrana enim tenuis substantia est, nullis omnino fibris:
fecus ac uenarum arteriarumq; tunice, aut tenues ac membranæ^b musculorum eneruaciones
intertexta, estq; inter cæteras corporis simplices membranas amplissima & maxima. Carnosa
nangq; nobis uocatur mæbrana, & si amplior ipso peritonaeo sit, ac uniuerso corpori cutis modo
obducatur, tamen accuratè simplex non est, qui quibusdæ carnis donetur fibris, & musculo-
la

*Peritonaeum ma-
gnitudo & su-
sus.* in ipso collo & fronte efficiatur. Porrò peritonæū uniuersam cauitatem, quæ sub lepto tranfer-
fo, ad os usq; coccygis, totius corporis facile capacissima habetur, succingit, ac omnibus que illa
continenit organis obtenditur, qaq; conceptaculi ritu amplectitur: uentriculus felicit, intestina,
omentum, mesenterium, iecur, liene, renes, ueramq; uescica, uerum, & uasa demum quecumq; inter se
concesserunt, utrumque transfluerent, & crura situ haberent. Atq; hac quidè peritonæū interna pñpis fed' cotinet,
externa uero undecunq; musculis cōnascitur. Ex ligamentis enim, que lumborum uertebræs con-
stant, & que sacrum os ilium obliquis cōmittunt, peritonæū utriusq; principiū ducit, mæbrane late
modo ab illis enatens. Mox ab utroq; latere ascendens, lumborum' musculus, & ijs qui interna
offis ilium sedem occupates, femorū præsumt moribus, obducitur: & fibris quibus inueniuntur mæscu-
los comitii uidemus, illis adhæredit. At ubi musculos, qui ternari numero utrinq; cōplicentur,
peritonæū superatur, interna^a transflueret ab dominis mæsculorum, & uniuersæ^b inferiori
septi transflueret sedi subrendit, pertinacissime ipsi, potissimum uero ueris ueris tenetutibus
connatæ, & quedammodo proprie mæsculorum mæbrane uicē gerens. Refert itaq; peritonæū oblongum ouï in star utre, seu sphæra aliquæ, cuius longitudine pertinet à septo transfluo ad huius
millimam amplitudinem sedem, quæ sacrum os cum offibus ipsius lateribus commissis eformat. &
quemadmodum utræ ex tergoribus parati, exteriori hirti alperiq; intus plani ac levæ admodum
hæsæ: ita quoq; peritonæū externa parte, ut aptius mæsculus undiquaque hæret, alperu fibro
sumq; ad eum profluis modi uisit, quo membranas mutuo cōnatæ, inæquales esse dicimus. In-
terna autè peritonæi sedes, uiscera que cōplicentur speciæ, impense lœpsi & terfa, ac ueluti aquo
humore oblitæ, scœtaibus occurrit, adipis interdu copiæ sibi (ut in hiis quasi perpetuo) admo-
tam obtinens. Verum hunc nō omni ex parte que copioiu spes. Anterior nangq; supe-
rioru ue interna huius peritonæi fedis^a regio quæ uentriculus contingit, ac dein posterioru quoq;
regio ad lumbos & sacrum os pertinet, copiosiori abundat adipe, q; sedis eius interne^b latera,
*Processus a
peritonæo e-
missi.* parsq; umbilico cōtermina. Præterea interna hæc peritonæi fedes portiones quædam seu cel-
fus ijs quæ cōtinet organis porrigit, illisq; processibus ea organa inueniē colligat, et fibi quoq;
adnectit, ac singulis præter peculiares ipsorum tunicas (si modlo quas habeant) aliud etiā inuolu-
crum obducit. Atq; hinc etiā fit, ut ijs organis quæ duas peculiares fortiuntur tunicas, quemad-
modum uentriculus & intestina, termæ attribuantur: quæ autem unica dūntaxat peculiares tu-
nicam exigit, è quorum numero sunt uteru & utræ uescica, binas obtaineant. Verum orga-
na nulla peculiariter donata tunica, ut iecur & lien, q; quæ ipsi obducitur à peritonæo adipiscuntur. Quo nam pauci autem, quibusq; ex his celo processus in eiusmodi tunicis degenerantes,
peritonæi educat, & quo modo illi inueniē crassifile differat, in cuiusq; organi narratione op-
portunitus quam hic recensabitur. Quemadmodum uero interna peritonæi fedes ab externa ua-
rit, sic nec omni ex parte peritonæi fedis crassifile & robore correspondunt. Quæ enim ex uerte-
braru ligamentis pronascitur, crassissimæ est: deinde quæ lumborum' incumbit mæsculus, crassifile
quoq; certi. Anteriori uero parte, quæ à mucronata pectoris offis cartilagine ad pubem usq; per-
tinet, peritonæū tenuis gracilisq; & inuidius reperitur, q; in lateribus & lumborum' regione.
Ad hæc uiris peritonæi crassius ualidiusq; est uixta mucronata cartilagine, quam uixta pubis
sedem: in mulieribus uero ad pubem crassius ualidiusq; : neq; his, uti uiris, peritonæū hæc ad in-
guina utrōbīq; feminarijs uasis^a uisit præbent. Est enim peritonæū peculiariter in uiris inibido-
raminibus, ut ita dicam, peruum, & tunicam utriq; testi priuatim offert, quo is & ipsius lemnia
ria uasa tutu oboluuntur, ac dein in uiris pariter atq; in mulieribus, peritonæū quæ septo sub-
ducitur, tria cum septo quoque communia exigunt foramina: primum quo uenam cauam, se-
cundum quo stomachum cum ipsi coherentibus neruis, tertium quo magnam arteriam uena
coniuge experti, & aliquot testi paris neruorum cerebrarum amis comitatum deducit. Præte-
rea^b umbilici quoque uaforum gratia, & in mulieribus finis uteri^a ceruicis, in uiro autem' cer-
uicis uescica, in utrilibet uero^b podicis nomine, peritonæum perforatur, ac demum^a multis
neruis, arterijs & neruis crus petibus, deinde illis que maxima portione in rectis abdo-
minis mæsculos sursum tendunt, & alijs nonnullis que dorfi & abdominis mæsculosis, & cu-
tiæ uasis lumborum uertebræ in cumbentibus, peritonæum iter præbet, ab ijsdem uasis fur-
cosi sibi assument. Quæ enim septo subducuntur est, septi uasis ad nutritionem uitur, in la-
teribus

*Connexio-
nus.*

Forma.

*Lijas supe-
rificies cum
modi.*

*Peritonæi no-
undi pariter
eratissim.*

*Quibus parti-
bus peritonæum
perforatur.*

*Vestis & mer-
ti quibus per-
tonæum impli-
catur.*

permulta. Peritonæum itaq; ex simplicium & primorum corporum, quæ similia etiam nun-
cupare solamus, numero censetur. Membrana enim tenuis substantia est, nullis omnino fibris:
fecus ac uenarum arteriarumq; tunice, aut tenues ac membranæ^b musculorum eneruaciones
intertexta, estq; inter cæteras corporis simplices membranas amplissima & maxima. Carnosa
nangq; nobis uocatur mæbrana, & si amplior ipso peritonaeo sit, ac uniuerso corpori cutis modo
obducatur, tamen accuratè simplex non est, qui quibusdæ carnis donetur fibris, & musculo-
la

*Peritonæum num-
ero.* in ipso collo & fronte efficiatur. Porrò peritonæū uniuersam cauitatem, quæ sub lepto tranfer-
fo, ad os usq; coccygis, totius corporis facile capacissima habetur, succingit, ac omnibus que illa
continenit organis obtenditur, qaq; conceptaculi ritu amplectitur: uentriculus felicit, intestina,
omentum, mesenterium, iecur, liene, renes, ueramq; uescica, uerum, & uasa demum quecumq; inter se
concesserunt, utrumque transfluerent, & crura situ haberent. Atq; hac quidè peritonæū interna pñpis fed' cotinet,
externa uero undecunq; musculis cōnascitur. Ex ligamentis enim, que lumborum uertebræs con-
stant, & que sacrum os ilium obliquis cōmittunt, peritonæū utriusq; principiū ducit, mæbrane late
modo ab illis enatens. Mox ab utroq; latere ascendens, lumborum' musculus, & ijs qui interna
offis ilium sedem occupates, femorū præsumt moribus, obducitur: & fibris quibus inueniuntur mæscu-
los comitii uidemus, illis adhæredit. At ubi musculos, qui ternari numero utrinq; cōplicentur,
peritonæū superatur, interna^a transflueret ab dominis mæsculorum, & uniuersæ^b inferiori
septi transflueret sedi subrendit, pertinacissime ipsi, potissimum uero ueris ueris tenetutibus
connatæ, & quedammodo proprie mæsculorum mæbrane uicē gerens. Refert itaq; peritonæū oblongum ouï in star utre, seu sphæra aliquæ, cuius longitudine pertinet à septo transfluo ad huius
millimam amplitudinem sedem, quæ sacrum os cum offibus ipsius lateribus commissis eformat. &
quemadmodum utræ ex tergoribus parati, exteriori hirti alperiq; intus plani ac levæ admodum
hæsæ: ita quoq; peritonæū externa parte, ut aptius mæsculus undiquaque hæret, alperu fibro
sumq; ad eum profluis modi uisit, quo membranas mutuo cōnatæ, inæquales esse dicimus. In-
terna autè peritonæi sedes, uiscera que cōplicentur speciæ, impense lœpsi & terfa, ac ueluti aquo
humore oblitæ, scœtaibus occurrit, adipis interdu copiæ sibi (ut in hiis quasi perpetuo) admo-
tam obtinens. Verum hunc nō omni ex parte que copioiu spes. Anterior nangq; supe-
rioru ue interna huius peritonæi fedis^a regio quæ uentriculus contingit, ac dein posterioru quoq;
regio ad lumbos & sacrum os pertinet, copiosiori abundat adipe, q; sedis eius interne^b latera,
*Processus a
peritonæo e-
missi.* parsq; umbilico cōtermina. Præterea interna hæc peritonæi fedes portiones quædam seu cel-
fus ijs quæ cōtinet organis porrigit, illisq; processibus ea organa inueniē colligat, et fibi quoq;
adnectit, ac singulis præter peculiares ipsorum tunicas (si modlo quas habeant) aliud etiā inuolu-
crum obducit. Atq; hinc etiā fit, ut ijs organis quæ duas peculiares fortiuntur tunicas, quemad-
modum uentriculus & intestina, termæ attribuantur: quæ autem unica dūntaxat peculiares tu-
nicam exigit, è quorum numero sunt uteru & utræ uescica, binas obtaineant. Verum orga-
na nulla peculiariter donata tunica, ut iecur & lien, q; quæ ipsi obducitur à peritonæo adipiscuntur. Quo nam pauci autem, quibusq; ex his celo processus in eiusmodi tunicis degenerantes,
peritonæi educat, & quo modo illi inueniē crassifile differat, in cuiusq; organi narratione op-
portunitus quam hic recensabitur. Quemadmodum uero interna peritonæi fedes ab externa ua-
rit, sic nec omni ex parte peritonæi fedis crassifile & robore correspondunt. Quæ enim ex uerte-
braru ligamentis pronascitur, crassissimæ est: deinde quæ lumborum' incumbit mæsculus, crassifile
quoq; certi. Anteriori uero parte, quæ à mucronata pectoris offis cartilagine ad pubem usq; per-
tinet, peritonæū tenuis gracilisq; & inuidius reperitur, q; in lateribus & lumborum' regione.
Ad hæc uiris peritonæi crassius ualidiusq; est uixta mucronata cartilagine, quam uixta pubis
sedem: in mulieribus uero ad pubem crassius ualidiusq; : neq; his, uti uiris, peritonæū hæc ad in-
guina utrōbīq; feminarijs uasis^a uisit præbent. Est enim peritonæū peculiariter in uiris inibido-
raminibus, ut ita dicam, peruum, & tunicam utriq; testi priuatim offert, quo is & ipsius lemnia
ria uasa tutu oboluuntur, ac dein in uiris pariter atq; in mulieribus, peritonæū quæ septo sub-
ducitur, tria cum septo quoque communia exigunt foramina: primum quo uenam cauam, se-
cundum quo stomachum cum ipsi coherentibus neruis, tertium quo magnam arteriam uena
coniuge experti, & aliquot testi paris neruorum cerebrarum amis comitatum deducit. Præte-
rea^b umbilici quoque uaforum gratia, & in mulieribus finis uteri^a ceruicis, in uiro autem' cer-
uicis uescica, in utrilibet uero^b podicis nomine, peritonæum perforatur, ac demum^a multis
neruis, arterijs & neruis crus petibus, deinde illis que maxima portione in rectis abdo-
minis mæsculos sursum tendunt, & alijs nonnullis que dorfi & abdominis mæsculosis, & cu-
tiæ uasis lumborum uertebræ in cumbentibus, peritonæum iter præbet, ab ijsdem uasis fur-
cosi sibi assument. Quæ enim septo subducuntur est, septi uasis ad nutritionem uitur, in la-
teribus

teribus autem ab ijs ramis qui in lumborum regione geniculatim à magna uena & arteria porriguntur, plurimas loboles quoque peritoneum mutuantur. In anteriori uero regione, elatius quidem qua mucronatum spēcūt cartilaginem, a' ussis sub pectoris ossē ad rectos abdominis musculos excurrentibus peritonaeum loboles exigit: in humiliori autem regione ad pubis ossa considente propagines aſcīſt ab illis usis, quæ furfum sub rectis exporriguntur muculis. Ceterū quod peritonaeo medici tactus sensum admant, ridendum potius quam refellendum est, quum unā cum illis quæ transmittit organis, frequentibus quoq; nervis uiam offierat, à quibus furculos etiam adipiscitur, idq; ab ijs potissimum qui abdominis exporriguntur muscles. Porro peritonaei usus complures enumerari solent, primus quidem, ut ea omnia quæ di-

Peritonaei usus.

sumus conteget: ex quibus quam plerique tendi remittiſ debant, peritonaeum quo aptius fieri id posſit, nericum & membranum merito factum cernitur, ualidum quidem, ut opportune contineret: sed tenue, quo minus pondere moleſtum effet. Secundus, quo omnia quæ amplecti tur ab extreſus ambientibus musculis interfinguit, ne quando tenuum inteflinorū aliqua in media ipsorum spacia in eitant, & dum mulculos premunt, aut ab illis premuntur, ardent aut ardent, dolore afficiunt aut afficiuntur, intestina motum corum impedian, ac repreſenta inteflinis complexa difficultate deorū transmittantur: id quod nunc neutiquam accedit. Verūm hæc intestina inter mediū musculorū abdominis spacia, dum integrū adhuc effent transuerſū, minimè intercedent, & si Galenus id præcipue immittit, quandoquidem hi uelut terum peritonaei ijs quibus id obducunt in uolucrum constituant, omniq; ex parte ab alijs abdominis musculis hac organa interfingunt, neque exitu etiam inter lumborum musculos & transuersos fortassis in uolucru potuerint. Sunt autem illi lumborum "musculi dorsum mouentium nonus, & sensoris motus autorū sextus. Tertium peritonaei usum Galenus cum ceteris Anatomes professoribus recenset, quo id ficialimenti superficia septi transuersi accedente opera propellit: quia uero idem officium quod abdominis musculos unā cum septo ad faciem excrationem subire suo loco cōmemorauimus, peritonaeum preſter, & arbitrio motu quo se contrahat distendat, præditum sit, ac non transuersorum abdominis musculorum, & septi quibus connatrici motum necessariſ sequatur. Dein ac si peritonaeum magis quam cutis, aut abdominis adeps, ipsumq; adeo omentum illi uoluſeriat. Miror membranam costas succingentem, quæ peritonaeo ſubstantia uſu & conformatioне penitus correpontet, in thorace arctantium organorum numero habitam non fuſſe, quum illa nō minus thoraci comprimēdo, quam hoc feciſbus ejcidiſ auxiliari debet. His quartus peritonaei usus succedit, omnibus que peritonaeum ambiant, & potissimum abdominis musculis cōmuniſ, quo is eu in uolucrum exacte circumdat, ſtingat omnia, ne leui occaſione laxior uentriculus, aut intestina etiam flatibus infestetur. At poſtremus præcipuusq; peritonaei usus est, quo omnia quibus circumdatū eſt, ab eo cōtinenter, & ueluti à pelle quadam ſingula ſcorum teſta, tuō colligantur, ſuisq; ſedibus fixa hærent.

DE STOMACHO ET VENTRICULO.

Caput III.

Stomachum perinde ac uentriculum præcipue ostendunt decima quarta & decima quinta figuræ, quibus in uentriculo commɔſtrando ſuccedit decima ſexta, quæ hunc inverſum refert, & decima ſeptima ipsius tunicas uiferti licuit ſemel exprimit. Dein uentriculum ſua ſede reponit proponit ſecunda figura ſimil cum ſexta. Sua ſede autem nonnihil motum refert duodecima. Poſtremo ipsius elatiuſ orificium non inelleganter in uigſimafigura ſpectatur, quod Græcorum nonnulli λεγούσι, ut & Latinis ſcriptores plerique cor & precordium, per multe etiam (ut Galenus) stomachum appellant. Arabum interpretes Alfud, Alphaed, Fued, Alfed, Fubed. Inferius uero Polux, Haſhober.



VENTRICULUS, qui promptuarij modo ſculenta poulentalq; ſuſcere, eaq; primo labore (fine quo haec inutilia & homini ad nihil cōmoda effent) concoquere ac mutare debuit, non ſtatiu poſtoſ collocaſt eſt, quanquam iſ fitus ad cibi dentibus attriti assumptionem uifſet aptior. Thoracem namque & illo contenta uifera rerum Opifex uentriculo prelocuit, ut is in demifloribus ſedibus excrementorum habetur effluxus, illaſq; (ut in edificiis architecū ab oculis & naribus dominorum ea quæ protuentia necessario tetri effent aliquid habitura, auertunt) procul à ſenibus, qui in capite fe-

Ventriculus
ab thorace ſe-
catis.

dem exigunt, deducuntur. Thoracem uero aërem per os & narium foramina attrahunt, ac rursus eundem emissurum, ut uocis respirationisq; autor efficeretur, elatiū collocari de-
cuit. Porro ne nimis ventriculus ab ore remoueretur, quumq; longus ab ipso ad incremento
rum expulsonis locum ducetus sit. Natura illum quām potuit proximē ori subiunxit. Sub tho-
race enim & lepto transtuerlo inter iecur & liemē medius statim ^b ponitur, uiamq; ab ore ci-
bos ad se deferentē obtinet, quae ab uero ^a nuncupatur, & etiam illis communī nomine
quo omnem angustum ductum, seu collum iithmī modo alicui ampliori uenti prepositū uo-
citant, sicutq; dicitur: qua uoce nos Celsum & Ciceronem imitati potius utemur, quām gula
alijs (uti & meri & ueset) non infrequentī dictione. Hæc namque uia lingua ad radicem eius
haerens excepit, ac utraque partē tonillas attingens, à palati extremo principium fortuit, ac
agitatione motibusq; linguae depulsum, & quasi detrusum cibum suscipiens, illum deorum
pellit partibus ipsius quo sunt infra id quod deuorator dilatatus, quæ uero supra contrahit.
Neruosa enim membrance ue, ut facile dilatetur, prompte rufus cōcidat, effecta est: & fibris
suo muneru familiantibus intertextur, ac reliquorum denique corporis ductuum modo tres
& intus accurate levius lubricatā cernitur. Duabus etenim proprijs cōstat tunicis, substantia
duritie, crassitie, & fibrarum specie uariantibus. Harum interior quidem neruosa, durior, &
paulo tenuior, ac totius oris palatiq; tunica continua est, & rectis fibris manū in star ciborum
attractione subseruentibus donatur. Exterior uero crassior, mollior, proponendumq; mulci-
lorum natura participans carnosior uisitum, unde etiam cibi consciendi uin plerique ipsi alsci-
bunt: deinceps transuersi duntaxat circularibus ue abundat fibris, quæ ciborum interiores tunica
fibre beneficio attractorū feliciorem, magisq; subitam in ventriculum propulsionē efficiant:
& si quando uuentribus ventriculus quippiā protrudit, ad eius educationē summo per etiam
auxiliantur. Duabus his solum fibrarum differentijs stomachus indiguit, ut recte quidem at-
traherent, transuersa autem arcantes pellerent. Nam si obliqua accessilient, cibus in stomacho
longiori mora haeret: quod nō solum homini inutili, sed & importunum ac molestem est,
quando stomachus cibo plenus, ita prolixius distendetur, aspera&q; arteria ac pulmonibus &
magne itidem arteri, dum ea dilatantur, diutius obstruunt. Natura enim stomachū tuū,
& illa que modo comprehendit organa minū molestantū, per ceruicem thoracēq; uen-
triculum porrigit, exācte supra mediā cervicis uertebrarum & quatuor primarū thora-
cis sedem, in neutrā partem inclinante aspera&q; arteria subtensum deducit. Ad principiū
uero quintā thoracis uertebrā ^c stomachus ut ampliori magnā arteria trunco secundum dor-
si uertebras inferiora corporis petenti cedar, nōnihil in dextrum latus a media uertebrarum re-
gione abscedit, arteria illi proximus ad nonā usque thoracis uertebram repens: ^d quō simulatq;
pertinet, ab eius uertebræ elevatus corpore arteriam elatiū (^e nella fortè a deuorato cibo con-
primatur) ascendit, neruosa septi transuersi partem uermis sinistrum latus ^f penetrans. Non
equidem uic Hippocrate Galenus censuit, arteria hic ad inferiora corporis probalentes
foramine utens, uerum peculiaris, quod ipsi neruosi cum illo descendenterbus (dum septum de-
ferberetur) præparatum esse diximus. Neque uero administratio tantum, sed & ratio quoque
id communis, dummodo superius ventriculi orificium ad amulfum pertendere non gra-
ueris. Hoc nāq; ventriculi medie fedi quod ad "priora" posterioraq; spectat, neque inferius
quām ipsius elatiō pars habetur, inferi debuit: quod certe accideret, si communī arteriā for-
mini stomachus in septo uteretur, atque (ut Galenus reliquiq; Anatomicorū chorus afferit)
ad duodecimā usque thoracis uertebram stomachus arteria iunctus uertebris neceterat, ac
iuxta primā demum lumborū uertebram, aut paulo infra, arteriam descendere, & à dextris
in sinistrum præpare inciperet. Quandoquidē arteria per septum transitus, qui supra un-
decimā thoracis uertebrā, uel Galeni suffragio, constitut, sub posteriore ventriculi sedē in
medio ipsius elatiōis partis & dimissioris occurrit, non autem ubi elatiissima ipsius est regio.
Deinde si ad duodecimā usque thoracis uertebram, secundum arteria latuū stomachus delen-
deret ex thorace, & sub septo primū arteriam à dorso elatiū confondere, fursumq; denudō
ad ventriculi superius orificium necessariō convolueretur, pluresq; quām nunc habeat, anfra-
ctus, eosq; acutis præditos angulis adipisceretur. Ad nonā itaq; thoracis uertebrā initium sto-
machus uertebrarum corporibus interuenient membranarū ex ligamentis uertebrarum origi-
nem ducentium cōstituit, atque ab illis membranulis tertiam tunicam nullis omnino fibris
interliniat, & uelut secundū ipsius inuolucri possidet. Quod uero iuxta quintā thora-
cis uertebram ad dextra potius arteria quām ad finitima stomachus explicetur, in cauſa ipsa est
arteria, non adeo tyrranni ritu (quamuis multo sit dignior) dorsi medium occupans, sed
quām à finistro cordis ſinu ortum ducat, & per reliquum ipsius duclum uersus sinistrum ca-
ue

Vie clavis po-
tū nūcīcū
to dīfērētia no-
mine.

Initiat.

^a Substantia et
forma de tun-
cīcī.

Ineffus.

^b Lib. de Ad-
m. scđlio.
^c Stomachum
non eodē cum
arteria mas-
gna uis foras
mūnd. scđz.

^d Lib. de V.
scđz.

ut utenae^b subiectatur, sinistrorum maiore sui parte necessariò uergens, ac proinde aliquantum stomacho cedens, communicatorem, ac uelut solum fedem vertebrarum admittit, adeò ut stomachus & minus obliquetur, & firmorem adhuc fedem quam in sinistro latere reperi posset, obtineat. Porro stomachus non dextram septi perforat fedem, rectâ in uentriculum ex dextro dorfi latere porrigitur, sed arteria supererectus^c obtusoq; obliquatus angulo sinistrum petit, ne stomachus uentriculum adeundo iecur uniuersam dextram fedem inferioris regionis septi occupans, perforare cogatur, sed eam septi partem adiuuiat, qua minor iecoris pars ipsi facili aditum praebitura constituit. Tali sane est tenuior totius iecoris portio sinistra septi fedeli subtenet, cui in posteriori regione quâ stomachus septum permeat, "sinus instar femicirculi incipitur, stomacho (cuius anteriore fedem inibi amplectitur) proportione congruens. Neque est ut quispiam alii credat dissectionis professoribus, qui septum, idq; potissimum quod diximus foramen, ne cibis è uentriculo superiora repeat obituatu esse arbitrantur, quum idem quoque tunc in uentriculum cibi defensum potius prohibetur. Quemadmodum & mera quoque est fabula, qua angustiorem stomachum hic quâ uentriculo continuatur, quam in ceruice esse contendunt, atque uentriculi superius os à liene eructata cum colligi constringi falso existimantes. Ceterum obliquus ille ductus quo stomachus arteriam confundens in sinistrum fertur, "neruis etiam commodus est, quos pauci post uentriculo inferi audies. Neque profectio sufficit Natura, stomacho in eum modum obliquato ad uelocem ciborum transitum eas quas innuebam tribuere fibras, uerum ut ipsius concavitas semper humecta ac uelut uncta est, glandulas adiunxit, alias quidem ad fauces, stomacho & laryngi communes, que saliuam humoremq; illis organis ne excidentur, præparantes, Latinis tonillæ appellantur. In medo itidem propemodum stomachi ductu, quâ is alperæ arteriae in duos trunci ad pulmones diuersè subiectur, binas alias saepe stomacho non apponit modo, sed & in posteriori ipsius fedem & ad latera adnectit, illis planè respôntes, quas uelut cervicis initio in uiris Natura circumdedidit, & quemadmodum has urinæ feminis genitalis meatus irrigare humectare per suo loco commemorabimus, sic etiam glandulae stomachi adnatæ illius amplitudinem irrorant, ac ne ob fiscitatem difficulter in uentriculum cibis prolabatur, saliuai quodam humore imbuunt. Ceterum si quid de stomacho adhuc dicendum super sit, in uentriculi descriptione id persequemur. Ventriculum qui inter reliquias corporis ventres sinus ue non minimam cauitatem obtinet, unde etiam *vesica & laevia*, Gracis, ut nubes uenter & uentriculus potissimum dicitur, mox sub thorace collocatum, iam obiter diximus. Nunc uero exquisitè ipsius situm, formam, quantitatem, substantiam, tunicas, uenas, arterias, neruos, ac demum ipsius uires, quæq; ad eas auxiliū quicquam præstant organa recensebimus. Galenus itaque uentriculum in medio corporis collocatum affert, quod plerique dissectionis professores ab ipso mutuati non simpliciter entimentur, uerum hunc secundum omnes positionis differentias ad amulfum medianum in instar communis omnium partium officinae adeptum alterunt, perfunctorie admodum in hominis proportione metienda uersati. Seden enim mucronata cartilagini proxima, aut ut Galenus alibi etiam afferuit, umbilicus, haudquaquam creti corporis medium est, uerum etatissima pubis ossium regio. At si crura simul cum ceruice illi negligenter, solo uidelicet corporis trunco (quem thoracem Aristoteles uocat) intellecto, foras regio mucronatae cartilagini subiecta in corporis medio cōsistet, utrū umbilicus ferè in homine mediis est, cui circulus obducitur, qui & manuum & pedum & uerticis summum æqualibus ferè interuersus complectitur. Neque etiam æqualis uentriculus portio dextrum & sinistrum occupat, neque uentriculus in posteriora adeò atque in priora corporis exporrigitur, quamvis forte^c clatus ipsius orificium id sibi non immittere uendicare posset. Statim enim ac stomachus septum in sinistra uero se ipsius partis fedem penetrat, continuu cum uentriculo corpus^d efficitur, quod in sinistro latere ampli septi fedem contingens, totam regionem inter iecur & liem uacuum complectitur. In dextro autem latere uentriculus nufquam septum attingit, led iecoris duxitaxa concava subtenens, tota ipsius parte superiore, & dextro item latere à iecore occultatur, tantumq; à dextra septi fedem pafsum abscedit, quanta iecoris est crastifles, quam interim magnam septi fedem (ut modò dicebam) sinistro suo latere contingat. Neque id sane admodum fieri impedit, qui non ita uentriculi sinistro latere attenditur, adeòq; in corporis anteriora, ut medicorum tulugus arbitratur, peringit, sed potius in posteriora humiliorū (tamen & ad latus nonnulli) subternitur. Dein profectio non solùm in sinistrum ad septum usque scilicet, quam in dextrum, utpote sub iecoris tantum cauo uentriculus magis pertinet: uerum ipsius forma in homine (nulla enim nunc mihi cum Galeno, neque canum, neque simiarum est consideratio) talis cernitur, ut maxima ipsius quoque

*Glandulae fibro
masto crebro
adnatæ.*

*Ventriculi bi
fascia.*

*Lob. 4. de V.
in pari.
Ventriculi si
nis.*

*fig. R.
10. fig. F.
d. ad G. 14.
et v. f. at.
que ea es
figurati, et
inoperi,
ut uero ex
pediat.*

eu priora corporis exporrigitur, quamvis forte^c clatus ipsius orificium id sibi non immittere uendicare posset. Statim enim ac stomachus septum in sinistra uero se ipsius partis fedem penetrat, continuu cum uentriculo corpus^d efficitur, quod in sinistro latere ampli septi fedem contingens, totam regionem inter iecur & liem uacuum complectitur. In dextro autem latere uentriculus nufquam septum attingit, led iecoris duxitaxa concava subtenens, tota ipsius parte superiore, & dextro item latere à iecore occultatur, tantumq; à dextra septi fedem pafsum abscedit, quanta iecoris est crastifles, quam interim magnam septi fedem (ut modò dicebam) sinistro suo latere contingat. Neque id sane admodum fieri impedit, qui non ita uentriculi sinistro latere attenditur, adeòq; in corporis anteriora, ut medicorum tulugus arbitratur, peringit, sed potius in posteriora humiliorū (tamen & ad latus nonnulli) subternitur. Dein profectio non solùm in sinistrum ad septum usque scilicet, quam in dextrum, utpote sub iecoris tantum cauo uentriculus magis pertinet: uerum ipsius forma in homine (nulla enim nunc mihi cum Galeno, neque canum, neque simiarum est consideratio) talis cernitur, ut maxima ipsius quoque

portio in sinistro colloccetur, haud secus quam si inibi maiorem qua apte cōtineri possit sedem
^{Ventriculi}
 adinuenissem, idq; illius functionis uideretur accommodum. Ventriculus enim forma per-
 quam varius est: at si quis illum obiter examinet, rotundus, & à dextro in sinistrum oblongus,
 aut secundum latitudinem quodammodo teres primum occurrit: rotundus quidem, quod i o
 runda omnia sunt capacissima, & interim minimum noxijs exposita: oblongus uero, quod id
 fedes qua continetur, & deinde bina ipsius orificia, alterum quo cibos admittit, alterum quo iam
 confectos in intestina protrudit, exigere uideatur. Ceterum si deinceps ventriculi forma accu-
 ratius expendatur, in sinistro latere nullo amplior rotundiorq;, & ad inferiora prominulus
 cernitur, ac dein hinc uerius dextra uergens, paulatim in angustia cogitur, & superiori quidem
 sui parte descendere, inferiori autē ascendere conspicitur, adeo ut in dextro late more multò quam
 in sinistro gracilior eudat. Sic quoque superiori tua fede, qua ab uno orificio ad alterum per-
 tinet, stricior angustijs est, inferiori latior ampliorq;. Anteriori parte regulariter undiq; gib-
 bus occurrit, nulla ex parte deformatus. Posteriori sede duos quodammodo gibbos common-
 strat, unum sinistrum, cundens magnum, proceriusq; extuberantem: alterum dextrum, mi-
 norem, ac depresso magis. Atque hos gibbos sinus quidam impressio ue parat, secundum
 corporis longitudinem posteriori ventriculi sedi impressa. Quā enim ventriculi dorsi uerte-
 bras, ipsijs ex profectis uene cause & arteriae magna decedentes truncos recipit, ac fedi
 quam fortius lefe utcunque adaptat, posterior ipsius regio introrsum quasi ad eius amplitudi-
 nem nonnullim imprimitor: quamuis ventriculus ē corpore auluss inflatusq;, eiusmodi sinus
 non offendat, & perinde totus inibi gibbus atque anteriori regione occurrat. Porro ad ven-
 triculi quoque formam duo ipsius faciunt orificia, ē quibus unum quo cibus & potus affumi
 dicebatur, in elatissima sinistra ventriculi partis sede ob hoc consitit, quod stomachus inibi
 septum commode perforans, illuc primū ventriculo connasci, communē ue cum ipso corpus
 fieri potuit. Et quanquam superioris ventriculi os in sinistra eius parte haberi dicimus, propin-
 quius tamen mediae ipsius sedi quam sinistro lateri accedit: quod tanto apparet manifestius,
 quanto ventriculus turgidior occurrit. Alterum ventriculi orificium cibos in cremem emu-
 tatos ad intestina transmittit (unde etiam *visus* Græcis, nobis autē ianitor & inferius os ap-
 pellatur) in dextra eius sede consitit, nō quidem, ut totus Anatomicorū chorus arbitratur, in
 dextra sedis inferiori regione, sed in elatissima, dextroq; ventriculi lateri proxima. Non enim
 sat erat mutuo ē direkti hæc orificia inuicem (ne ocyus cibus adhuc immutatus ē ventriculo
 laberetur) nō opponit: uerum inferiori à superiori remotius abduci oportuit, & ex elationi quo-
 que ventriculi fede explantari, quo minus sua grauitate cibus ventriculum prætersugerat: sed
 tunc primum quum consecutus, & in cremem exquisite muratus est, ventriculi potius exercen-
 di robore, quam suo pondere, in intestina propellenter. Atque horum intestinorum pri-
 cipium, ventriculi orificium constituit, explantati: quare etiam "primum intestinorum, quod
 duodecim digitorum est longitudine, exortum plerique nominarunt. Nec proferdū in iuria
 alterum hoc orificium dextram ventriculi sedem occupat, quum hæc medio caue iecoris sedi
 contermina sit, in quam ecur fuarum uenarum beneficio, ex intestinis ipsoq; ad eum ventriculo
 quicquid succulent ab illo cōfertum est, arripit ac depacit, quod ecur præstat facilius,
 quo partes consecuta à ventriculo cremem primum excipientes illi viciniū allocantur.
 Praeterea ventriculi orificia non sūtu dux taxatim uariant, sed inferiori quoque superiori
 arctius est, quod rudes, non tritas, duras, magnasq; moles homo subinde deuoret, ad quarum
 ingressum amplam ventriculi uiam esse oportuit. Infrā contrario, rarius magnū, durum, non
 conuersum in luccum crudumq; transit: quanq; fanē nō adeo angustiū sit inferiori ventriculi os,
 ut solum cremem transmittere queat, quandoq; non pauci quamplurima fructuum offa
 impense etiam magna, crebro deuorata innoxie excernunt, & Galenus à quodam anulum au-
 reum qui ore tenebatur, imprudenter deglutitum, cundensq; prompti excretum narrat. Nec
 orificij huius amplitudinem legiognasse callidus ille Hispanus docuit, qui superiori anno Cli-
 nianæ cuiquam Bacchidi quadraginta uniones, ex illis quas hæc nobiles matronæ collo geflat,
 unā cum aurea cruce quinque gemmis instructissima, & fide pariter qua hæc continebantur,
 suffiratus est. Illa nanque quum huic ostē se daturam nisi prius numeratis quinquaginta
 aureis negret, atque is tandem annuisset, ipsa à patrīo Veneto patrīo suo, ut comptior or-
 natiq; & magis placida effet, elegantissimum uxoris sue monile (quod hic non minima do-
 tis solet effe portio) obtinuit, ac id in lecto adhuc collo appensum, ne forte subducere cureret, serua-
 uit. Hunc monili Hispanus quo meretricula uices reponeret, inhians, camq; quam postulat sal-
 cissime, ut suauius tandem obdormiret, exercuit, ac postmodum soluto monili singulos unio-
 nes, & crucem, ac postmodum fidem (ne quid suo furto obstat) deuorauit. Constat igitur infi-
 rius

Duo ventri-
 cali orificia.
 Orificiorum
 non par-
 plaudere.
 I. lib. de Ne-
 uralibus fa-
 ciliatibus.

